

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 3: De correctione Domini (12)

Augustinus:

Attende scripturam dicentem tibi:  
Flagellat deus omnem filium quem recipit.

Et tu dicis: Forte exceptus eris?  
Nam si fueris exceptus, a numero filiorum dei,

quia non habes temptationes et passiones,  
non habebis consolationes.

Attendat ad passiones Christi indignas,  
attendat illum sine ullo peccato quae non rapuit exsoluentem,  
attendat scripturam dicentem sibi:

*Flagellat omnem filium quem recipit.*

Aut paret se flagellari, aut non quaerat recipi.

*Flagellat, inquit, omnem filium quem recipit.*

Et tu dicis: ‘Forte exceptus eris?’

Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum.

Augustinus Hipponensis, *Sermones ad populum*, 46.11 (CCSL 41,  
C. Lambot ed., p.538, ll.250-256).

[fons nondum repertus]